Hec noia partim latina partiz vulgaria accepimus put cō moditas ↄsuasit: non tñ oium syllabaꝝ ↄgeriem cōplexi su/ mus: Oꝫ si haꝝ syllabaꝝ dūtaxat imagines semp ad manuz habueris: nō erit difficile quamqꝫ rem locare. vbi noueris eis adiūgere vel litteras: vel alias syllabas: quibus expetita dictio integret: cui plurimum ↄducit lr̄arum realium va/ ria adiectio quam Publicius diuinā pene vim afferit hr̄e. Nolo tñ hic pretereūdum. Oꝫ si syllabas trium lr̄arum cō/ ponere velimus ex alphabeto nr̄o superiore ⁊ lr̄is realibus ꝙ tūc vel: vocalis est i pncipio illi⁹ syllabe aut i medio aut in̄ fine. Si qdem vocalis sit in pncipio tūc imago prime lit tere. s. A/e/i/o/vel/v/in loco ponet vtpote Antonius Eber/ hardus Joā. otto vel Ulricus: ⁊ ei qppiam iūgatur quo re lique due lr̄e representet. Si vero vocalis fuerit in medio: accipiat imago vltime lr̄e cui apponat res reliquas signifi/ cans: At vbi vocalis in fine extiterit imaginez pme littere accipiemus que sese exerceat cum re pcedentes lr̄as signifi/ cante. Exempla ex se clara sunt. Sūmopere itaqꝫ elaboran/ dum est quatenus habeas aliqd simile alphabetū syllabaꝝ in prōptu: vt faciliorē nanciscaris imaginandi modum: vbi magis ppriemon succurrūt imagines. Nō tñ opus est iti/ dē autue huic per oia simile ↄstituere qn potius: quo tu ma gis exciteris: hic siqdem vt in oibus artem edocemus vni/ uersalem quā quisqꝫ ad particularia suo modo contrahat p ut expedire viderit.

¶ Capitulum duodecimum. De Compositione Sylla/ barum ex figuris realibus litterarum.

COmponēdis dictionibus ex reꝝ ⁊ lr̄aꝝ adiūctione Pu blicius diuinā pene viz inesse voluit iuuāde memorie Et id qdā p qdratū in qnqꝫ circulis ↄstituit. Et qm̄ ex oi/ um huius artis pceptionib⁹ qcqd obscuꝝ ⁊ raꝝ ad cōmo/ ditatē tuā enucleare speraueriz nisus suz reddē peruiū. Et ob id i psentiaꝝ Publicij verba huc formalr̄ retuli: sensuz

quē inde venari poterā explicās. Ait itaq3 magnā nobis i-
mēsam & pene diuinā cōmoditatē: reꝝ & lr̄aꝝ adiūctionez
afferre piculo iā cōpertū esse: Caput nāq3 rei cuiuslibet obli
qua linea circūductū variabimus figura q̄drati. Cu3 vero
imago in hoie: aut obliqua linea sensim ducta: aut lr̄a ꝑ or-
bis cardinib⁹ versa nouas ꝑmis adijciet figuras: vel cu res
ītegre tractim ducte cōminuteq3 ꝓscribēdaꝝ partiū addita
mētum nobis suppeditabūt. Sagaci enim exq̄sitaq3 arte/
verse/diuise/tracte/& adiūcte/lr̄as lr̄is ꝯnectent: exitū rerū
ꝯpient atq3 significabūt. Si eni3 ad solis ortū: terre cētrum
lr̄am vertes/B/Ad occasu3 vel celū/C/Ad diē mediū/D/
Ad septētrionem/F/sibi iūgit vocalis. Cōsona eodē ordi-
ne seruato vocales liqdasq3 annectet. Que versib⁹ his cer-
nūtur cōplexa. Prima tenet cētrū/O/celū mediū die3/D/
septē/F/triones. Omni re curta O/sibi fit rotūda. Diuide
per altū/S/lōgumq3 per/r/Crux/t/distiguit/l/m/n/ corona
variabit Cōplices idētidem. Media diuersa ac varia fin-
ges argolicos enses hiberaq3 tela: hec ille. Quid ex hisce ve
lit tuipse ꝯiectabis: si ex verbis diuinā cōmoditatē policen
tib⁹ diuinari queas qd obscura Apollinis oracula ꝓmittāt:
Unū fateor sepenumero cōpertū habui facilius mihi fore
q̄ppiam excogitare qd alij ammirent̄ veluti sibi raꝝ & inso-
litū: q̄3 ipse quea3 alioꝝ somnia iterpretari. Ea aūt hui⁹ au-
thoris mihi s̄nia videt̄. Qꝛ si lr̄a aut syllaba vel q̄uis dictio
ad hāc figurā applicet̄ diuersimode variabit̄. Quadratum
nāq3 adiuenit variādis reꝝ principijs siue syllabaꝝ siue di-
ctionū: Circulos vero ad variationē medie vel finalis ter-
minationis eaꝝ: Si q̄ppe oblique linee lr̄a vel syllaba appli
cet̄ & ꝯferatur ad aliquā lr̄am quadrati: aliud & aliud dictio
nis ꝑncipium faciet. Si nāq3/A/per obliquā lineā circūdu
cat̄ iūctum/B/faciet. Ab/iūctum/C/Ac/& ita deinceps. Et
vbi illā syllabam taliter ex quadrato ꝯfecta3 ad circulos re-
feras pro alia & alia applicatione3 diuersimode terminabit

ductione. Uersus enim ortū faciet. Aba vel Abu: versus ve
ro meridiem Abi: Ad occasum aūt Abel. In septentrione
quoqꝫ Abo: Pariformiter omnes mundi dictiones ex re
bus superioribus litteras alphabeti significantibus ⁊ ex hu
ius figure litteris componi possint. Est proinde notatu di
gnum Publicij alphtbetum figure huic deseruire.



Uocaliū in superiori alphabeto triplices sunt figure: A eni
asciscit sibi Artā/Circinū/⁊ Scalā. E vero Cancrū/Rotā
mediā ⁊ Serrā/ I qdem Colūnaz/piscem/⁊ turrim/ O Mo
la pomo ⁊ trigoma significat: Et simil'r/U/Uiro extēsis cru
ribus: Rallo ⁊ torculari. Et pro his triplicibus signis tres
sunt circuli

sunt circuli vtpote supremus in quo ptinent/B/ad ortuz: D/ad meridiem:& /C/versus occasum:atqz/F/in septētrione deseruit pro Arta/cancro/colūna/trigoma/& viro: ita q̄ huiusmodi signa sibi asciscūt dūtaxat/b/c/d/& /f/ Et arta faciet cū illis:Ab/ad/ac/et/af/Cācer vero ɔstituit: Eb/ec/ed/et/ef/ita de reliq̄s. Alter aūt circulus cōtinens/l/m/n/p/accōmodatur Circino:medie rote/pisci/Mole & Rallo. Et Circino componit̄/Al/am/an/& ap. Rota media vero. El/em en/ep/Ita deinceps:Tertius quoqz circulus siue medius cōplectēs/R/T/S/&/x/siue/G/deseruit Scale/Serre turri/trigome/& torculari. Et Scala faciet/ar/as/at/& ax/siue ag/Itidem per analogiā de ceteris. Insup consona & liq̄da queqz dua habet signa:q̄bus duo iferiores circuli correspōdent:Ita q̄ p̄ma queqz res ɔsonantem designās correspōdeat circulo in quo ɔtinent̄/a/e/i/&/v/Et scd̄a infimo q̄ cōplectit̄/V/R/L/cū q̄bus dictionē diuersimode variāt: Hor̄ oium ex iaz dictis facile fabricātur exēpla. Ceter̄ huiusmodi cōbinatione q̄dem ɔstituunt̄ dictionū imagines: vt aūt integrar̄ partes sumamus sufficiet eas tractim ducere atqz cōminuere/Prout eq̄dē vertunt̄/diuidūtur/trahūtur/& adiūguntur:vnam li[illegible] alteri cōnectunt. Que relīq̄ in textu latent secretiora tu[illegible]s. ne verbosior sim q̄z siña expetat. Quāobrem breuitati studens faciliori arte paucioribusqz figuris:itidē ɔducibilius posse fieri mihi videbat̄. Si ex tribus circulis huiusmodi sillabas cōponamus: vt res litteras significātes in supremo ɔstituamus:lr̄as aūt vsitatas in medio:& vocales in ifimo. Ita q̄dem vt penes variam reuolutionē varie mox fabricemus syllabas: Possumus eq̄dem litteras mediȷ circuli oēs cum vna supremi cōuertere vt/b/medij sub/a/supmi:sit̄r/c/cū/a/&/d/cum/a/& ita deinceps:Atqz post hoc oēs lr̄as mediȷ cū/b/supremi:Nec excogitabit̄ syllaba vlla:que ex his cōponi nequeat:vt patet reuolueti hos circulos. In p̄ma enim reuolutione habe

Circulus primus

Circul° scd̄s

Circul° tertius

Circul° quartus

Circul° q̄ntus


bis/Ab/ac/ad/ae/af/ag/ah/ai/ak/ꝛ cetera: vel Ba/ca/da/ea/fa/ga/ha/ia/ka/ꝛ itidē de reliqs. Nec obstat si quadratū inicia dis dictionib⁹ nō applicemus siue eqdem voluātur circuli pro capite dictionis fabricāde: siue pro calce itidē perinde est ⁊ Malluimus attn̄ pro ꝑncipio siue ꝑma syllaba, viuā imaginē que operetur qppiam: vn̄ reliquū dictionis integretur. Sed inscriptioni hec reuolutionis ars comodatissima est: vt ignotas dictiones per signoꝝ ⁊ litteraꝝ ꝯnectiones: vel in locis vel qđ magis laudo in viuaꝝ imaginū artubus inscribamus: quēadmodū cap. 16. trac. 3. patebit.



Non aūt hanc figurā fecimus vt in ea memoriam cōstituamus. Sed quatenus diuersa lrārum eius cōbinatione faciliter syllabarū imagines comperiamus quas habitas ad suū applicemus locū vbi materia exigit. Qn̄ aūt ex imagine viua ꝛ lrīs materialibus syllabā efficere libuerit id obseruādum volumus: vt lrā que prior erit in syllaba in dextra imaginis viue ꝯstituaꝭ que vero sequiꝭ in sinistra vtpote ex Circino ꝛ bela syllabā cōpono Ab si Circinū in dextra bele ꝯsignauerimus alioqn in sinistra ba faciet itidem de reliqs per ordinem obseruetur.

¶ Capitulū tertiumdecimum de imagininibus casuuz grammaticalium.

Ceterū ex syllabarū imaginibus integras dictiones cōpare poterimus necessitate vrgente: qd̄ aūt ꝓducibiliꝰ fiet si casuum simulachra in viuarū imaginum corpore ꝯstituerimus: vtpote Noīatiuum in capite/Genitiuum in dextra/Datiuū in sinistra: Si tn̄ Donatus tuus: Datiuum habeat quē e multorū libris obliteratū mendici ꝛ magistri ꝯquerunꝭ vt etiā dicit poeta. Scire volūt oēs mercedē soluere nemo: Accusatiuū in pectore: in ventre Vocatiuū: ꝛ Ablatiuū in genibus imaginaberis: Unde q̄zlibet dictionē sua legittima finitione terminabis penes casuū variationē siue corporalis sit aīata siue inaīata/nam si exēpli causa memorāda sit hec dictio. Prior: quoniam animata est seq; ipsa ꝯstituens imaginem ꝓinde priore aliquo noto posito in loco nostro prior in ntō: in gtō prioris: in dtō priori: priorē in actō: in vocatiuo prior: ꝛ i abltō priore facile figurabo si egregiā aliquā notā in casus sede/effinxeris. Ut autē discretio numeri hoꝝ casuū ipsa eadē imagine habeaꝭ obseruādū est qd̄ Rauēnas docet/quatenus nudus homo singularem venotet: ꝛ optime vestitus pluralem vt iste picture indicant.



Si itaq; ponere velim faber in singulari noīatiuo: cōsidera cuidam fabro nudo qppiam in capite fieri: si qdem fabri in genitiuo imaginor ipm in dextra lesum. Ita de reliquis casibus. Si vero fabris in datiuo plurali locādu; foret: sat erit

fabrum optime vestitũ imaginari:qui in sinistra aliqd rari ostẽdat.itidẽ de alijs obseruãdũ est. Si tñ rem aliquã (siue aiata sit siue expers aie) variare placeat penes huiusmodi casus:imaginor eã talibus applicatã artubus hois vel nudi vel vestiti prout numerus exigit:vt si lapis dicere velim in capite alicuius psone nude lapidem ipm collocauero:si aũt lapidis in genitiuo:nudus aliqs lapidem in dextra gestiat necessum erit:pro lapidibus quoqz in ablatiuo plurali ponere paulũ lapide genua petri optime vestiti verberare:itidem de reliqs. De dictionũ itaqz imaginibus vt penes gradus entiũ alphabeta in promptu habeamus perpulchrum hic adijciendum foret.

¶ Capitulũ quartũdecimum. De imaginibus simplicium dictionũ:penes gradus entiũ Elementatiuum/Sensitiuum/ꝛ Intellectiuum.

Quamplurimũ conducit vt Rauẽnas docuit notitiã hẽre entiũ: Itaqz accñtiũ imagines ad aliũ relegamus locũ:atqz substãtiaꝝ abstractaꝝ q̃ sensu minime pcipiunt:in trib⁹ gradibus entiũ alphabeta ꝯstituere: eaqz in prõptu hẽre diuina mehercle ĩ hac arte res est: Que nõ modo prõptitudinem (que vsu ꝛ exercitio aggeneratur maxima quadam locãdi celeritate) veꝝ ꝛ vniuersalẽ reruꝫ noticiam nobis vẽdicat:vt iter phos nõ postremuꝫ locum merito sortiamur. Quid siqdem pclarius q̃ꝫ totaꝫ pmi gradus nãm in quodam alphabeti ordine penes nos seruare? Ut quotiens sermo de Elementatiua que q̃ttuor simplicia corpora ꝛ oia ex illis cõposita:vita ꝛ sensu carentia cõplectitur icidat:ex ordine alphabeti recẽsere possimus: quecũqz in illis pfecta sunt:cuiusmodi sunt argẽtuꝫ auꝝ ꝛ id genus reliqua:ꝛ que impfecta veluti plũbũ ꝛ huiusmodi. Etenim inhuiusmodi q̃ttuor elemẽtis seruãtur q̃dam in terra veluti lapides ꝛ metalla:lapides qdem ꝛ pciosi ꝛ nõ pciosi metalla aũt: Auꝝ argẽtum aes auricalcũ cuprum electrũ stan/

nū plūbum: q̄dam in aqua: q̄dam vero in aere: vt impssiones celestes de qbus Aristoteles in libris metheorox ꝛ Albertus ibidē diffusius de niuibus/grādinibus/rore/pruina/nebula/cometis ꝛ id genus alijs. Oia proinde lapidum p̄ciosox noīa in vnū alphabeti ordinē redigere: ꝛ eox nāmingrere laudatissimū erit: Insup septē genex metalli ꝛ q̄cūqȝ ad illū gradum spectant vt in partitione entis diffusi⁹ notabimus: His siqdem taliter nobis cognitis de elemētorū gradib⁹ q sunt simplicitas/cōpositio/mixtio/ ꝛ digestio: insup de eorūdem actione/passione/quiete ꝛ motu: ac alijs si que sunt accn̄tia differere poterimus. Fac itaqȝ tibi vnū alphabetū de noibus margaritax ꝛ lapidū p̄ciosox: de nominibus aquax fluuiox mariū: Insup de noibus ventox. Et de his que in regione aeris generanť suprema: vt assub apparēs: Assub ascēdens/cādela accēsa/cādela accēdens cādelam/Colūna pyramidalis/cometas/draco volans/ lācea Stella cadēs: vel velut stella accēsa/velut stuppa accēsa/velut scitille de fornace: Itē in regione media cuiusmodi sunt coruscationes/fulgura granula/fulmina/tonitrua. Similiter in ifima vt nubes/pluuia/pruina/ros/nebula/ nymbus/nix/ ꝛ huiusmodi. Et hox imagines hēre p̄ducet. Secundus aūt gradus est eox que aīaȝ vegetatiuā dūtaxat sortita sunt: cuiusmodi gramina/herbe/flores/segetes/lucus/arbusta/arbores/ ꝛ eox fructus sunt. Que si speciatim in alphabetū collegeris cognita eox natura: nō erit difficile in p̄hia nāli imagines hēre: ꝛ cū oporteat de ipis nōnihil in mediū afferre: q̄ꝫq̄ꝫ eniuero nō vt alter Salomon possis exactissime disputare de Cedro libani vsqȝ ad ysopum parietis: vt habi sacra scriptura. 4. Regū. 3: attestať: poteris tn̄ ꝛ nosse ꝛ dicere. Qm̄ hec arbor est abies illa alnus ista Cedrus ꝛ Cipressus: Ita quoqȝ herbax plurimas recitabis vt q̄lis queqȝ herbarū sit nō ignorare videaris Hox enimuero exēplar ex subiūcta monstrabiť forma vt ex ea aliud excogites.

Capitulū Quartūdecimū

Absinthеum
Acorus
Affodillus
Agnuscastus
Altea
Ambrosiana sive ameos
Anetum
Apium
Arthemesia
Assarabaccha
Baselicon
Bethonica
Borago
Buglossa
Bleta
Brionia
Calamētum
Centaurea
Cinglossa
Coriādrum
Cuscute
Daucoreticū
Diptamus
Ebulus
Edera
Eleborus
Enula campana
Epatica
Esula minor
Eucupatoriū
Feniculus
Fragaria
Fumusterre
Galletucum
Gentiana
Granū solis
Hermodatulo
Ireos
Isopus
Iusqanus
Lactuca
Leuisticum
Lilium
Lupulus
Malua
Menta
Millefoliuz
Morabacci
Nasturcium
Menufer
Nigella
Origano
Paritaria
Petrosilinum
Pionia
Portulaca
Raffanus
Ribes
Rosemarinus
Rubea titura
Satrione
Scabiosa
Scalopēdria
Serpētaria
Sinapum
Spinachia
Squinanto
Ualeriana
Uiola
Urtica

Insup q̄nam planta sit fecūda q̄ue sterilis: Et an hec domestica sit an silvestris. Ita quoqz que citius excrescat que tardius: et pariformiter de q̄zpluribus aliis eoruz naturis Ut pote que res hoium vsui ꝯveniat/aut que noxia sit: vt si arti n̄re ꝯfinia recitemus que abiiciēda sint veluti contraria que abhorrēda nobis suadētur: cuiusmodi sunt stipticoruz. Absinthiū acetuz/aqua rosacea/auellana/faba/cappares/castanee/caules/coriandrū/crocus/lentes/lupini/oleum silvestrium oliuaꝝ/oliue imature/persica sicca imatura/pira oīa domestica et silvestria/porri/portulace/pruna agrestia cruda/Reubarbaꝝ/ruta/saluia: et huiusmodi que alii collegerunt. Similr ex ordine colligere poterimus augētia intellectum igeniuz rōnem et sensus: hoc alphabeto Aloes/ambra/anachardus/anacardinū: Berillus lapis/cāphora/ciperi/confectio anacardina/cōfectio achabas/ꝯfectio phoꝝ cōfectio

selse/ↄfectio hedera/diaromaticū/dyambra. Electuariuꝫ ba
iadari emblici kebuli ↄditi Mitridatū mirabulani Nastur
tium Oleū rosarū olibanū Peucodanū pillule stomatiche
Raphanꝰ/Salgēma/sābuci/sinapis/Tiriaca/turtur/Uinū/
Xiloaloes/hyera hypocratis. Similiter cōfortantiū caput
ꝛ cerebrū si alphabetū congerere velis. Non deerūt forsam
qui pene infinita offerēt cuiusmodi sunt Ambra amigdale
appollonia/serisiaca/confectio/aromaticū/rosaceū/bucorma
rim/camedreos/camomilla/cardamomū/cassia/lignea/cepe/
cinamomū/confectio/anacardina/cubebe/confectio/dyam/
bre/electuariū/latoꝝ emblici/flores amigdalaꝝ/Galanga/
gallia/alefangine/gariophyles/hermodactyli/lignuꝫ aloes/
macis/maiorana/myrrha/muscus/narciscus/nux/muscata/
oleū/myrtinū/oleum rosaceū/pillule stomatiche/pomoruꝫ
odor/pliris/rose/rosmarinus/sene/sinapis/sticardos/tyria/
ca/hysopus:ꝛ horum similia. Uerum vbi substantie gra/
dus penes esse viuere ꝛ intelligere partiremur: tres solum
essent gradus/primus de quo prius iam diximus: ꝛ secun
dus subdiuidēdus veniret ꝓut vita in vegetatiuā sensitiuā
motiuam ſm locū/ꝛ intellectiuā diuidit: Itaqꝫ in hoc scđo
gradu nō modo vegetatiua forent collocāda: verūetiaꝫ sen/
sitiua: siue solū sensum habeāt vt imꝑfecta conche/ostree/ꝛ
id genus: siue etiam imaginationē qualia sunt aīalia ꝑfecta.
Et sic tertiū gradum facerent: cōpotes rōnis: vtpote ho/
mo: Anima ꝛ angelos: Sed qꝛ hic dumtaxat de tribus gra
dibus substātie sensibilis que nec sensum excedit mētioneꝫ
facimus: igitur huiusmodi disti tioneꝫ in aliū locum reser/
uātes: loquimur de solam entitatem habentibus primi gra
dus: ꝛ vitā dūtaxat vegetatiuam esse secūdi gradus: Et in
tertio ordine collocamus sensu vigentia ꝛ imaginatione.
Tertius itaqꝫ gradus est sensitiuū quo intelligo animalia
tam ꝑfecta qꝫ imꝑfecta vt nihil intersit: an sensuꝫ tantumō
habeant an imaginatiua sint predita: vt in hoc ordine col/

locemus/vermes/talpas in terra:super terraz ꝛ in aere mu
scas insup volucres celi boues ꝛ hoies:in aqua pisciū diuer
sa genera. Adeo vt oium aialium noia tam in terra ꝙ extra
terrā siue in aqua/aere vel igne/huc in ordine alphabetico
forent redigēda:que sunt hoium memorie vim prestantia.
In terrestribus vnicū huc placuit afferre exēplar adinstar
cuius que tibi placēt in ordinē redigas Aper/asinus/aries/
bos/camelus/canis/capra/catus/ceruus/draco/dromedarius/
elephas/equus/gemetarius/hircus/iumentuz / leo/leopar/
dus/lupus/mulus/mula/onager/porcus/renoceron/simea/
tassus/tigris/vnicornis/vulpes. In volucribus facile vena
beris nisi ignores/ aqlam/ardeas anseres/aucas/bufones/ꝛ
coruos/cignos/ꝛ id genus volatilia. In igne paucos cōpe/
ries nisi forsan salmādrā ꝛ si que similia. Piscator:alosas/an
guillas/balenas/cācros/carpones/delphines/ꝛ his similes
cognoscit pisces/Gradiētium atqꝫ serpentiū sup faciem ter
re tātus est numerus:nō habeas de paucitate cōqueri. Taz
magne aūt quātitatis imagines esse volumus vt nō modo
corpus cturbent atqꝫ molestent cuiusmodi sunt culices ꝛ
pulices:sed ꝛ magis mētez excitent vt supra meminemus.
Ceterꝝ si hoium alphabetū huc ꝯstituere libuerit id penes
eorꝝ officia faciūdū suaserīz:siue terrestriū quales sunt Agri
cole metellarij:siue aquaticorꝝ videlicet nautarꝝ ꝛ piscatorꝝ:
pariformiter de cuiusqꝫ hois officio facile considerek. Qd si
oia officia dignitates hoium ꝛ status in vnū aliquem ordi/
nez redigerimus videlicet ecclesiasticam fabricātes hyerar
chiā : A summo pōtifice per patriarchas cardinales archi
episcopos ꝛ ceteros ad infimū vsqꝫ descendentes. Et ita in
seculari ab impatore regna ꝑncipatus ꝛ ducatos ac alios re
cēsentes in militari ordine. Et oēs mechanicos/architecto
res/agricolas/fabros/lanifices/medicos/nautas/in suo ordi
ne facile corpori inseruiētes enumerabis/ Aliptas/ alipilos/
argularios/balnearios/ciuiflones/coronarios /cosmetas/de/

signatores/funerarios/libidinarios/mãgones/ mediastinos pellicrepos/pficas/ppoles/pigmẽtarias/tõsores. Ita quoqȝ cõperies victui iseruientes/boberarios/caupones/cetarios/ condimẽtarios/cupedinarios/crustularios/dardarios/ fici/tores/hamiotas/herbarios/hospites / holitores / lactarios/ macellarios/medicamẽtarios/obsonatores/piscatores/pisti/narios/pistores/popinarios/salsamẽtarios/saginarios/ sito/nes/seplasiarios/stabularios/tabernarios/vinarios:⁊ id ge/nus plures. Sic quoqȝ si lanificiũ respicies nõ erit difficile iuenire artifices. Cuiusmodi sunt Braccarij/caligarij/car/minatores/cerdones/flãmearij funiculari /infectores/inter polatores lanipẽdie/liburarij/litones/manilarij / molochi/narij/netrices/palliones/panicularij/phrygiones/plumarij polimitarij/reticularij/sagarij/sarcinatores/ semiçonarij/se/ricarij/textores. Sic in arte fabrili iuenimus aerarios athe/narios/argẽtarios aurifices: Bractearios/caldeatores/calca rios/carpẽtarios/carbonarios/cemẽtarios/cultrarios/ferra rios/fornacarios/figulos/fibularios/gẽmarios/imbricarios inauratores/lapicidas /laternarios / lapidarios / loricarios/ materiarios/monetales/musiuarios/peginarios / ferrarios/ sulphurarios/tectores/tignarios/thomatores/vascularios/ vehicularios/vitrearios. Noia ppa tñ vbi qsieriȝ nõ deerũt Alanus/alexãder/antonius/agatha/agnes/bernardus/boe/tius/bonifacius/cornelius/cõradus/detmarus/ degenhar/dus/dominicus/eberardus/eua/frederic⁹/georgius/godo/phredus/gilbert⁹/gerardus/harmãdus/hermãnus / hinri/cus/honorius/humbert⁹/huptus/iacobus/heremias / io//seph⁹/ioãnes/iudocus/karolus/katherina/lãbertus/leonar dus/ludouicus/martinus/mamert⁹ / natanael/neysa/otto/ odilia/paulus/petrus/qrinus/rotgerus/seuerinus/ suede//rus/suibert⁹/tilmãnus/vlricus/vilhelmus/xpoferus / isa/ias/çacharias. Cetеⱃ si qs frequẽs fuerit võcabulariоⱃ cor nucopie calapini gẽme gẽmaⱃ. Insup vocabularij rerũ:di/

tionarij libri de ptib⁹ ediū: ⁊ reliquoꝝ huius gñis lector in
inita pene hoiū officia cōperiet: q̄ nō huc afferēda cēsui/
nus: q̄tenus nō tam memorādi normas edocere videamur:
q̄ terminos ꝯgerere. Quid nāq; hūc latebit q rex noticias
hēt: vbi siqdē qſpiā apud me scripture nomē attulerit: mox
repetā Bibliopolas/calculatores/carthularios/capsarios/
cōmētarienſes: Exceptores librarios/notarios/pragmaticos
scribas/scrinarios/⁊ hmōi. Sique igit̃ huius gñis alphabe
ta ꝯgregares nō tibi difficile foret de quo uis elemētoꝝ gñe
imagines facē: ⁊ de Petris silicib⁹ margaritis: ac qbuſcūq;
lapidib⁹ p̄ciosis: Insup herbaꝝ plātaꝝ ⁊ arboꝝ: atq; aīaliū
vermiū. s. serpētiū gradiētiū volātiū ⁊ q̄rūcūq; taliū memo
riā facē: ⁊ in hoium officijs p̄mptissimus erit: Celoꝝ aūt vt
pote oiuz spheraꝝ lune/mercurij/veneris/solis/martis/io/
uis/saturni: insup firmamēti: celi aq̄ei: ⁊ p̄mi mobilis nō p
priū ꝯstituim⁹ alphabetū: sed illoꝝ imagines fabricam⁹ Sili/
tudine lr̃aꝝ: syllabarūue cōpōne: vel iſcriptiōe/fictione/no
tatione/etymologia/trāsumptione: ⁊ quolibet aliter vt ifra
patebit. Sic quoq; ad angelos beatos trāscēdentes notabi/
mus ternas eoꝝ hyerarchias: ⁊ cuiuslibet hyerarchie ter/
nos choros: eo ordine q̄ ab ifima icipiētes enūmerem⁹ an/
gelos archāgelos v̄tutes ifime hyerarchie: medie aūt ptā/
tes p̄ncipatus ⁊ dn̄ationes: Sup̄me vero thronos/seraphi/
⁊ cherubin: quoꝝ noiuz imagines p hāc dictionē: ductaſpa
memorāda docemus cap. 13. in p̄n⁹. Posset nihilomin⁹ ali/
ter fieri. Indiuiduoꝝ ēt vtpote Gabrielis raphaelis ⁊ filiuz
imagines ifra docent. Et pinde in elemētatiuis sensitiuis
⁊ hoium officijs alphabeta esse nobis meditatissima diui/
nam habet vim in hac arte.

¶ Capl'm 15m De arte dictionādi ⁊ colligātia dictionum.

Dictionū imagines faciēdi modus p̄p̄ius est: vt vel sim
plicis rei aut dictiōis silitudinē in se ꝯsideratā accipia/
mus: si eā absolute ꝯsiderare veli: aliogn vbi imaginuz

vitare placeat copiã: in notis potissimũ vnã cõponemus dictionẽ: q̃ plures vel singulis lr̃is vel syllabis cõplectet. Insup q̃tenus vna imago i alteri⁹ reminiscẽtiã deducat eas adlvicẽ colligare q̃si cathẽa q̃dã ꝓducet q̃ʒ maxie. De arte itaqʒ dictionãdi id obseruari põt: vt vnã dictionẽ excogitem⁹ cuius q̃qʒ lr̃a alicuius dictiõis caput idicet: vt si nolimus has dictiones videlicet/dominationes/virtutes/cherubin/thronos/archãgelos/seraphin/potestates/ṗncipatus/ꝛ angelus/ seorsum locare imaginabimur hãc dictionem/ductaspa: quã vnica imagine ponẽtes vtpote ducem q̃ panem in pera gestet: oium noue dictionum ex vna recordabimur: hac vsus videt arte qui ait. Intellectiuas virtutes dat tibi/fispa. i. sapiẽtia: intellectus/sciẽtia/prudẽtia/ꝛ ars: Itẽ alter: vt tibi sit vita semp saligia vita: Saligia. i. supbiam/auaritiã/luxuriã/ iram gulam/iuidiam/ꝛ accidiam. Hac quoqʒ Alexãder gallus vsus: inq̃t. Dant tibi quinqʒ limus que signat dictio: fagus: vt facilis/agilis/gracilis/ humilis/similis: Ad istar horũ pene infinita ducemus exẽpla: in rebus potissimũ notis ꝛ familiaribus: que nouimus ṗter ordinis ꝯtextum: Atqʒ etiã in carminibus ꝛ metris: quoꝝ q̃ʒprimũ audierimus siue recordaremur que prima cuiusqʒ dictio sit vel etiam q̃ñ lr̃a: facile reliquuʒ enũciabimus. Possumus nihilominus dictiones effingere: quaꝝ queqʒ syllaba: aliam dictionẽ cuius ipsa ṗncipiũ est insinuet: sicqʒ integras ꝓpositiones vnice dictionis imagine depingemus: vt pro hac oẽone Antonius brachiũ amputauit: ponat tm̃ Abraham. Item pro ea: carissimis pr̃ibus dono cignum albũ: collocarem quo mox capadocia significaret: Cui rei ethymologiçatio nonnihil ꝓducit vt deus. i. dans eternã vitam suis. Qui itaqʒ breuitati studere velit opportunissimũ est hãc artẽ sibi accõmodare: ꝛ in singulis verboꝝ litteris dictionẽ aliquam deponere Sunt etiã nõnulli qui ex plurib⁹ integris dictionibus vnã ꝯstituant: que res sensuʒ reddit ambiguũ ꝛ illud ꝓpriũ est

Capitulum Quītūdecimū

is qui paralogiçare tētant: vt qdam magr̄ theologie in pre/sentia mea argumētabaṫ cuidam bacca laureo eiusdē̄ facul/tatis in hec ꝟba: Mus rodit caseū: Sed mus est syllaba: er/go syllaba rodit caseum: Et qꝛ hic apud me erat ridiculus mus: ꝛ argumētū tātos viros dignū: Mox ꝑpterea incidit mihi is ꝟsiculus. ꝛ urfur edit pānū: panē sustineamus. Ec/ce diuide hꝫ ꝟbū sustineamus ꝛ patebit ꝙ nec mus aial nec mus syllaba caseū comedit. Sed sus furfur/tinea pānum: ꝛ mus panē. vide q̄ꝫ pulchꝛū argumētum: ꝛ q̄lis solutio pul/chꝛioꝛ. ¶ Qñ aūt eoꝝ q̄ nāli quodā oꝛdine iter se colligata sunt meminisse libeat: hāc cōnexionē vocamus colligātiā: Propter ꝯtiguitatē eniuero itellect⁹ alteꝝ alteri ꝑpositū fa/cile ꝯcedit: vtpote terram aqua circūdari ꝛ hāc aere: quem ignis ambit. Ita quo post ignis sphera: planetaꝝ oꝛbes na/turali quodā oꝛdine sese circūcingētes videlꝫ lune/Mercu/rij/Ueneris/Solis/Martis/Jouis/ꝛ Saturni: Sup̄ quos firmamētum/celū aqueum/ꝛ demū pꝛimi mobilis/spheras sese nāli quodam oꝛdine ꝯsequentes admittat. Ideꝫ ꝛ in re/liquis nālib⁹ quoꝝ certus oꝛdo est: Cui negotio scala natu/re vtillima est/q̄tenus facile ab infimo ad sūmū scandamus ꝛ abinde ima repetere. Que si in certa arte nr̄a ingeniosius effecta/loca ex oꝛdine retulerimus: facilius recensebimus: ꝛ diutius iherebūt memoꝛie: Et huiusmodi locatio a nobis colligātia est nūcupata: eo ꝙ quasi per respectum ad loca: imaginū queqꝫ cū altera ligaṫ: absqꝫ locis tñ effícte caducio/res sunt: ꝛ cathenā dicimus. Ubi vero ea nālis non fuerit coherētia eam arte efficimus: vnā imaginātes cū altera ex/ercitari vt vel alique vel oēs imagines mutua actione ꝛ paſ/sione adiuicem colligātur. Qꝺ sepe per neciuum est vt vna imago q̄ se sola aboleret: per alterā in memoꝛia ꝑseueret. In sentētiaꝝ aut imaginibus vbi sese taliter exercent facile sui reminiscētiam faciūt: vt hoc exēplo clarius euadet. Uiꝫ vi/repellere licet: pono nāqꝫ aliquē cui Uynādus nomen sit ꝛ

alter Victor noie ei violētiam inferee conet quem fortiter abijcit atq3 repellit. Exēplum aūt vbi huiusmodi snie non sit colligantia: sed dūtaxat noia quedam recitanda vtpote/ Petrus/ Katherina/ equus/ puer/ pater/ abbas 7c. imaginabimur Petrum aliquē notū qui velit Katherinā equo imponē sed equus refugiēs ꝯculcat puerꝝ: q̄re pr̄ pcussurus petrū: ledit abbatē a tergis stātē ita de alijs pene ifinita exempla fabricabimus exercitatiores vsu 7 arte.

¶ Capitulum sextumdecimum. De modo faciendi imagines metaphorico penes/ inscriptionē· fictionē 7 etymol.

Accidit sepeuumero ꝙ rei memorādē nō iuenimus facilr̄ imaginē: neq3 p itellectum rei neq3 p sonū vocis: neq3 p capita dictionū: i quo casu psuasu3 habeo vt lr̄is aut syllabis q̄s supra recēsuimus cōpositā imagine3 loco iscriptā ꝯrio eius colore effingamus: vt si locus ater sit nitro lr̄e ꝯscribant̄ si vero alb9 fuerit atramēto depictas lr̄as effingere licet. Hec qdem iscriptio alphabeto reali litterarum aut syllabaru3 cōmodius fiet: vel p grecaꝝ lr̄aꝝ figuras vt sup̄ docuimus cap. 12. huius trac. Si qua tñ lōga fuerit dictio ea p sectionē partiēda foret (vt ifra cap. 19. huius trac.) quatenus syllabas eius seq̄stratim imaginemur vt vbi çorobabel hac arte ponēdū foret in p̄mo loco imaginabimur per lr̄as reales creta siue nitro scriptū çoro: tali mō ZORO Posteriori aūt loco babel vel alijs characteribus vel alijs colorib9. s. ita BABEL vel colore diuerso q̄tenus dictio clarius adappariat. Ut aūt breuius 7 tñ clarius hec fiāt huiusmodi iscriptiones in corpore alicuius hois fiāt vt supra cap. 12. huius trac. plibauimus: 7 ifra latius repetemus. Ceteꝝ sunt plereq3 dictiones extranee cuiusmodi sunt grece 7 hebraice ac q̄nq3 latine potissimū in theologia: metaphysica: sciētijsq3 alijs speculatiuis: 7 maxime in logica: 7 artib9 q sunt de scḋis intētionibus 7 iponibus: ꝓpam aptamq3 ꝯuenieti silitudine nō admittētes imaginē: in qbus collo/

De iscriptione

Fictio

cādis sūme neciū est alphabetū ⁊ rex copia: a sillabis inci
piētes. In qua re ꝯducet tñ fictio plurimum: vt magis ido/
nea lr̄arum syllabaꝝ atqꝫ dictionū simulachra effingamus
ex supiorib⁹ alphabetis: vt ꝓ lr̄is hoies quoꝝ noīa ab illis
icipiāt: ⁊ ꝓ syllabis: ex primis syllabis noīum cōpouimus
imaginē: veluti ꝓ hac dictione sorobabel imaginaremur so
rorē rotā voluere: ⁊ barbarā hocipm bñdicto idicare: Et si
dictio ignota fuerit solū monasyllaba: fiet auctore stephano
de lauro biphariā vtpote ꝓ ignota dictione notā accipiēdo
que cū ipsa in ꝑncipio symbaliçet: Itidem quoqꝫ faciemus
hmōi rei itersectione siue ꝑtitione vt ꝓ. Cri. dictione ima/
ginabimur cribrū gladio scissuꝫ. Dictiones postremo igno/
tas reb⁹ nālib⁹ in voce silitudinē hñtib⁹ locabimus hac fi/
ctione: vt si ꝓ hac dictione palā locemus instr̄m palā: ⁊ pro
v̄bo cano: h̄ aīal videlꝫ canē. Itidē tñ cōmodius fiet et ima
gine syllabaꝝ q̄tenus ꝑsona opareť cū aliquo istr̄o cuius ꝑ/
ma syllaba ꝯsonaret scd̄e syllabe dictionis locādē: vt ꝓ palā
ponēdo paulū q lāpadē accēdat: ⁊ ꝓ cano: katherinā notu
lā manu ꝑlicātem. Et varij tales sunt fictionis modi q pra
cticādi vsu veniūt. In qua re sūmopere tñ cauēdū est ne fa/
ciliter variemus: sed qd̄ sese ꝑmū ꝓ imagine obtulerit id ꝓ/
tinus acceptemus ne forsan aliogn in reiteratione error ob/
tigat. Qd̄ ñ facile erit. Effictiōe cuiuslibet rei faciē certis de/
scribē signis: vel nāles affectus notare: aut ab ethimologia
imaginē sumē: vel sono vocis. Aut etiā cuiqꝫ corpis ꝑti suā
tribuētes ꝓꝑetatē: quā dū ad mētē reuocauerim⁹ sit nobis
ꝓ q̄sito apta silitudīe imago. Ita quoqꝫ cuiusqꝫ rei ꝑsone vl̄
loci isignia ꝓ ipsismet reb⁹ ꝑsonis vel locis collocare oppor Effictio
tunū cēsemus Hoꝝ varia sūt apud Publiciū exēpla: Effi
ctionis vt senex tremulus curuus gemēs labijs demissis ca
no mēte. Et iuuenis ꝑ oppositū: Notatiōis vt lupus vorax Nota/
capra fugax: Timida dama leta iuuēt⁹: Tristis senect⁹: ⁊ re/ tio
liq̄ id gen⁹ etymologia vtimur ꝓ dictiōib⁹ locādis imaginā Ethy/
tes simulachrū hñs ꝯditionē q̄lē hmōi iterp̄tatiōe denotāt mολog.

vt si oporteret imaginare Philippũ ⁊ nullus h̄ noie nobis cognit⁹ occurreret eius iterp̃tatio locãda foret vtpote alijs equoꝝ amator: in q̃ re tñ necessuʒ est memorie produ͂ poni ne equocatione paralogiçet: Sic etiã supplãtator pro Iacobo: pro sancta lege Hyeromũ. Et pene ĩfinitas eiusmodi ex Ethimologia Isidori poterimus venari imagines.

¶ Capitulum decimũseptimum. De imaginibus p transumptionem motus corporis ⁊ insignia factis.

TRansumptione itẽ vnam rẽ alterius ex similitudine aut pportione in ipsis cõperta facimus imaginem: vt sol deitatẽ veritas duellum: os aureũ/dolum: Ala aurea sapiẽtiam: significent. Sicq; noibus metalloꝝ dies notamus vt auro dominica notet dies: argẽto lune: martis ferro: Mercurij argẽto viuo: Iouis stãno: Ueneris ere ⁊ Saturni plũbo: Sicuti enimuero astronomi eo ordine singulos planetas singulis deputãt diebus. Ita alchimiste planetaꝝ noibus metalla noiat. Et reliquas sui artificij instrumẽtoꝝ ⁊ reꝝ significationes obscurioribus qbusdam vocul s adeo obtenebrescũt: vt vel raro eis sol ⁊ luna sua veꝝ emittant splẽdorem: quare ⁊ pene oẽs in tenebris ambulant. Et q noctem verterũt in diem. Et post tenebras sperãt luceʒ: sola spe fouẽtur: q̃ʒq̃ʒ non ignoreʒ artẽ veram esse. Est tñ tẽpus breue expimentũ fallax: ars vero difficilis: vt ⁊ ipse experiri ꝯtuitus sum. Sed qd nr̃i in p̃sentiaꝝ est instituti ꝓprijs accõmodisq; vti opʒ ⁊ trãsumptionibus ⁊ iterp̃tationibus ne arte fallamur. Cognitione vocis reꝝ ⁊ dictionũ ʒ imagines faciemus: si pro ipsis ponamus quoꝝ pprie sunt pro hynnitione equũ boueẽ pro mugitu: ⁊ vnũquodq; taliũ pro sono quẽ facit. Inde ⁊ apud Publicum leges: Sic Emnius taratãtara dixit: Equi hinnitus mugitusq; bouʒ: balantẽqʒ gregem. Strix nocturna ⁊ vespertilio strident: Bõbitus apũ: grus gruit: crastinat coruus: tu cornu voce notatur Barritus a barro/vlulant vlule/pipant accipitres

Et alia

Capitulum Decimũseptimuz

Et alia q̃ plurima sunt: vsu ⁊ ꝯsuetudine vocis sonitu imagines ꝑbebũt: hec ille. Insup mot⁹ corporis hec hẽt exẽpla. Motus corporis

Articulos pedum velocitati
Genua misericordie
Digitos pectine iũctos dolori.
Caput inclinatum concessioni
In tergũ reiectũ caput negatiõi
In humeꝝ deiectũ hypocrisi
Terga fuge

Ocio nates
Capilli diuitijs
Ungues crudelitati
Dentes discordie
Digitos minerue
Frontem superbie
Aures memorie.

Si qd hoꝝ pro imagine tali accepis caueto ne in errorẽ icidas: ex eo q̄ sup̄ casus in corpore ꝯstituimus. Sed id vitabis notabilis alicuius note adiectione aut mẽtis ꝯcessione: In plurib⁹ siqdẽ faciliter eruditi cuiusq; animus iuuatur. Insignia deniq; plurimũ cõpetũt facili imaginatiõi vt exẽpli cã pro dignitate ꝑsonaꝝ ꝑcipua eoꝝ insignia capiam⁹ vt

Pape: Tyara
Cardinalis pheniceus pile⁹
Episcopi mitra
Prepositi
Decani
Canonici caputiũ foderatũ
Presbyteri: suppellicium aut (calix
Dyaconi stolas
Subdiaconi: manipulus
Accoliti: Cereus
Hostiarij claues ⁊ flagellũ
Imperatoris Trigoma
Regis corona.
Ducis byretum
Pricipis bacculus
Marchionis byretũ fode/

ratum cum pellibus
Comitis
Eqtis aurati: calcarea aurea
Judicis Ensis
Pretoris sceptrum
Cõsulũ fasces ⁊ securis
Medici annuli aurei vrinale
Notarij pugillare
Aduocati statutoꝝ liber
Pcuratoris charta comissiõis
Doctor legũ caputiũ rubeũ varro suffultum
Canoniste caputiũ nigrum varro suffultum
Poeta laurea

Ita quoq; priuataꝝ personaꝝ pro eaꝝ memoria seruare licet. Insup quisq; locus hẽt vñ singulariter eius memoriam

ponamus vt si pro Jmpio Romano accipiatur aquila pro re gno Fracie lilia: Insuper qdlibet regnu qsqz ducatus. Et queuis diocesis vrbs ciuitas. & oppidu qdlibet suu habet insigne: qd si in quo loco ?spiciamus cognitum no possumus no reminisci loci illius. Quare no icoueniret ea sibi familiaria hère. Cetex diuerse res suas hnt proprietates vn specialib designent notis: vt Justicia ense: Equitas libra fortitudo claua: Circino Geometria & astrologia astrolabio.

¶ Capitulu decimuoctauum de fabricatione imaginu iuxta comparationes diuersas cause & effectus: oppositorum & similium: atqz instrumentorum.

Coparatio

COmprates vnaquamqz rem ad altera penes mutuam eax habitudine: Causa idicabit suu effectu: & rursus per effectu cause reminiscemur. Sic quoqz vnu oppositox per altex: Et simile a suo ?simili: Arma & instra suu mostrabunt artificem: Actus insup agentis memoria facient: & siq alia sit norma reminiscetie. Ut authore Aristotele qnqz sut reminiscetie pcepta qtenus videlicet res sese ex ordine ?sequant item vt vno simili in aliud puehamur: & ab vno contrario in altex: quarto deniqz locus & tps rei pertractate faciut recordari: & postremo vt a pprietate res repetat. De ca

Causa

qdem hoc famosum est vt veluti artificem ?spicientes artificiati recordamur. Tunica eniz sartor: calceu sutor & pilleum eius auctor mostrabit. Jta vbi posuerimus diuersas causas eax recordabimur effectuu: siue intrisice sint cae siue extranee: Nales vel artificiales: mudane vel celestes: vt si prime cause qua deu bndictu nouimus imaginem posuerimus recordates qm vniuersalis sit ca mox isereremus. Igit tam spiritualia: qz corporalia iuxta sua gna & spes produxit: cui si adiecero nature scala: Angelos demones corpora celestia: qt tuor elemeta & qcquid vniuersi ambitu ?tinet ?nectere possem: Jta & mathematici singulis astris sua tribuut influetia vt sole sapientie faciant actore: Venerez felicitatis: & ita de

inceps: vbi igit sol reluceret nobis possemus et sapiētie recordari. Effectus suam prodit cām siue ea sit nālis siue a proposito agens: vt qdlibet factū siue sm esse substātiale/siue accidētale sui reminisci faciat actoris: vt flores et frōdes maij sint īsignia eiusqz memoriam agant: domus recordari faciat fabri lignarij: et pictor ab imaginib9 īsinnet. Sciētia quoqz et doctrina attestet doctorē scientifico potiri hitu. Sic Publicius de mēsib9 exēplificat: vt Marti9 bello/Aplis aptione: Maius florib9: Juni9 herbis Juli9 Segetib9: Augustus fructus accrescētia: Septēber vuis: October nespulis: Nouēber baccis olee: Decēber mactatione: Januarius bifronte: pterita futuraqz respiciēte: Et februari9 a februo floreum ver reuocāte designent. Quamqz aūt opposita ex iuxta positione magis illuscescant: qd tn ad memoriā attinet ex vno alterius recordabimur: vt albedinē ex nigredine visa intelligere possumus: ita hec illius nobis pstat memoriam. In qre ironia plurimū iuuat vt p iusto iniquū/p albo nigrū: p virtuoso discolū accipiamus/p sobrio gulosum ac qcūqz sese hnt opposito mō: et oia per ironiā dicta. Simile ob id psimilis memoriā facit qp in aliquo pueniāt vt si Juuenalis meminero mox Persij/Horatij et alior reminiscar poetar q in Satyrico scribūt gne. Quotiens eqdem audiero Satyricū quēpiam: Incidit/inter pcipuos satyrar cōpositores Persius/et Flaccus et Juuenalis erant. Si aūt Homer audiero recordabor Uirgilij. Nam qd hic inter Romanos hoc iste apud grecos sibi glorie vendicabit. Et ita vbi9 de Joanne fuerit sermo: facile Matthei Marci et Luce recordabimur quandoquidem omnes in euangelio perscribendo conueniant. Instrumenta quoqz tam naturalia qz artificialia in eos nos deducunt: qui cum ipsis operantur: vt tunc simus actoris memores quando de suis instrumentis memoriā facimus. Uidēres qu ippe aratrū/rastruz/equum/non de doctore vel nauta pter ea cogitabimus: qn potius

Effect9

Agricolam indicabunt: Silr' galea/torax/lancea/ensis/bellatoris sũt vt nouimus: Insup viso circino sphera vel astrolabio quis nõ potius astronomi q̃z alterius recordabit? Ita per vrinale medicus: per maleũ faber cognoscet. Sic grammatica in Nicolai Perotti Seruij aut Prisciani ꝛ aliorũ in ea excellẽtium nos memoriã inducit. ꝛ itidẽ de reliqs habitibus intellectualib⁹: ꝛ moralib⁹. Actus deniq̃z cuiuslibet agẽtis ꝓprius ip̃m prodit: vt Arare agricolã: bellare militẽ: Scribere notariũ: Quicũq̃z gestus ꝓprij vt lactare nutricẽ indicat: ꝛ ita de q̃zpluribus alijs. Et vt cõpendio agaz oẽs relationes mutuo sese in nr̃a collocant memoria: vt si p̃rem posuerimus filius cẽsebitur positus. Si dñm seruus ꝛ quecũq̃z aliquam hñt adiuicem habitudinem: penes quascũq̃z cõparationis spẽs: Principij eniuero ad finem ꝛ medij ad vtrũq̃z respectus est. Ita maioritatis ad minoritatẽ: ꝛ equalitatis que vtrãq̃z excludit: quoꝝ oĩa lõguz esset afferre exẽpla: que ex traditis facile ꝯiectabis. Accñs quoq̃z ꝛ ꝓprium in suo notabimus sb̃cto: vt in mauro nigredinẽ: fuscedinez in Arabis: Rubedinẽ in dalmatis: in gallicis albedinem ꝛ ita deinceps. Et q̄ homo sit risibilis/hinibilis equus: barritus in elephãte: ꝛ pariformiter quãlibet ꝓprietatẽ ꝛ passionẽ suo tribuemus sb̃cto: vt infra trac. 4. ca. 2. latius replicamus. In qua re sũmopere notãdum: vnũq̃dq̃z nomẽ substãtiam significãs: duo maxime significare: ꝛ substãtiam ipsaz ꝛ accñs eius: veluti lupus q̄dem ꝓmo aĩal ꝛ deinde voracitatẽ eius. Et huiusmodi noĩa adistar adiectiuoꝝ cõparatione variant in significato secũdario: siue ꝓpriũ sit: vt hic ganimedior est ganimedo: hoc est: supbior: siue cõe vt petrus est bellua belluior: Asino asininior Pro hisce itaq̃z ꝛ que ab ipsis trahũtur tam adiectiua q̃z etiã verba vel p̄ticipia sufficiet primitiuũ posuisse: Natura q̄ppe primitiui virtualiter vim relatiui complectitur.

Accñs ꝓprium

¶ Capitulũ decimũnonum. De formatione imaginuz pe-

nes eaꝝ diuisionē in vocales/reales/ꝛ mixtas.

Quoniam ꝛ ꝓprio ꝛ metaphorico modis/imagines fieri lr̄aꝝ syllabaꝝ ꝛ dictionum hactenus edocuimus: hic adijciēdū erat qua via effingamus gn̄aliter vocales reales atqꝫ cōpositas imagines: postmodū pticularius ad ptes subiectiuas modū applicātes: Vocales aūt imagines diximus notas quasdā ꝛ cognitaꝝ ꝛ ignotaꝝ (siue ex greco hebraico aut barbaro idiomate) lr̄aꝝ / syllabaꝝ/ dictionū/ vel orationū/ quolibet facere potētes: siue significatiue sint: siue absqꝫ significato ꝓrsus: Non significatiuarum imagines iscriptione/ fictione/ aut comparatione/ fieri poterunt. Quātū aūt ad cōem oium formationē de qua hic itendimus spectat: ea similitudo vocis que est imaginis ad imaginatū si oimoda sit nil patit difficultatis: vt pro Joāne memorādo aliam eiusdē nois collocabimus/ Sed dū talis non sit ꝯcordātia: Aut q̄daꝫ vnica dumtaxat lr̄a symbaliçent vt Joānes ꝛ Jacob vel Judocus: ꝛ tūc additione alterius dictionis supplebit: vt si pro Joāne posuero Jacobū qui oua porrigat gallo vrticas ore tenēti: nihil sigdem iterest an syllabis latinis an ne alterius idiomatis expleam qd̄ defuit. Cū vero res ꝛ imago eius: in pma coicidant syllaba vt Joānes ꝛ Job itidem (sed qdem facilius) supplebit adiectione: vt si Job alicui cui nomē hānes (vt pene oibus Sueuis) sit colloquētem posuerimus. Jta pro Dauid: dacū vel Danielē vel Damascenū in manu vitē gestātem aut qcqꝫ agētez. Et ita euenit vt q̄ facillime cōperiant imagines. Si rei memorāde pma syllaba cū imagine coincidat: ꝛ reliquū quod deest adiectione alterius imaginis que sua pma syllaba ꝯsonet cōpleat: Per inscriptionē quoqꝫ ꝛ alios modos huiusmodi adiectiones faciemus. Accidit plerūqꝫ imaginē qdē cū re in syllabis qbusdā ꝯuenire: sed alique nihilominus superabūdant: Jn qua re subtractione opus est vt vel sola nostra saltē cogitatione supfluū dirimat: vt si meminisse veliꝫ

Vocalis imago quō fiat

Additio

Subtractio,

huius dictionis Jud(que Judeus in vulgari exposita est) pono Judocū quēpiā mihi notum admittēdo in phātasia mea hāc syllabā ab ea dictiōe sublatā remanebitq̧ Jud dū/taxat: Uel si re notare velimus eā subtractionez imaginabimur Judocū a pedib⁹ ad nates pene denudatū. Q̧ꝫ si ab humeris illucusq̧ vestib⁹ spoliatū ꝯspexerimus: nō q̄dez Jud sed ocus ꝓtinus incidet: eo siq̄dem itelligeremus ꝑncipiū ablatū. Poteris nihilominus adÿcere q̄ppiā quo huiusmodi ablatio notificaret̄: vt si Judocum in sacco stare videris ex iferioris ptis obductione: facile recordaberis huic dictioni vltimā ptem detractā: Qđ si caput in sacco habuerit nō q̄dē: Jud: sed ocus leges: Simile alij intersectione fiendū statuere: vt si ense Judocū imagineris ptitū. Jn qua re pars legēda foret ꝑncipio loci applicāda: Nā lecturus Jud applicabit caput cū reliq̄ corporis pte supiore in loci ꝑncipio: si vero ocus pedes ⁊ crura. Sic quoq̧ pro castus a/um/sufficiet arborē castaneam icisam imaginari: sublatis enimuero tribus vltimis lr̄is remanebit casta vt aliq̄s ait: Arbor iest siluis que scribit̄ octo figuris: sine trib⁹ dēptis vix vnam in mille videbis. Cui astipulat̄ poeta dicens. Casta est quā nemo rogauit: Castanee siq̄dem sunt ꝑdurus cib⁹ nō nisi corpus macerātib⁹ sapidus. Et in hac ꝯsideratione nōnulli materiā fluxibilem (q̄les sunt liquores aquei) subtractioni subdunt in eius receptaculis: vt si de dictione vinū: Syllabaz vi: hēre velis imaginato cantrū vini iferius cooptum: q̄ si syllabā: nū occulta supiorem ptem: vel cantrum ptire vt de Judoco diximus. Et id quoq̧ in minutissimis reb⁹ que se ipsis nō afferūt imaginē idoneā obseruet̄: vt ꝑ pulice lodix pulicib⁹ plena ad instar dictoꝝ exēploꝝ collocata vel pu vl lix pretēdit. Poterit ⁊ nr̄a cogitatio plerunq̧ ad placitum excogitare vel lr̄as vel syllabas trāspositas vt si hec dictio veniat ponēda. Aue/ponat̄ mulier Eua noie ⁊/e/pro/a/trāsponit̄ in litteris: Syllabis qnoq̧ pariformiter. vt ꝑ kerspe

pekers id est pistorē ponendo: Sit quidam ait neterdebla: quas syllabas si verteris dicet Albedreten: cui saxo quispiā respondit: hoc Epulū comede: que verba si mutaueris habebis/ed/mecom/vlupe. Ad que respōdit qdam ex alimania supiori Rim/se teg/ossa: que verba si vertas habebis Also getes mir. Simil'r lr̄a in lr̄am: ꝛ in syllabā syllaba potest imaginari trāsmutata: vt pro corpus ponēdo coruus vbi/v/in/p/versa reddit corpus. Et id qdem vt vna lr̄a in vnam vel plures in plures. Sil'r de syllabis vt pro frater factor. Sed hec bn̄ exercitatis relinquēda sunt: q facillima qdam notula memoriā iuuant. Possunt quoqꝫ vocū imagines libera cogitatione fieri nō qdem ꝯsonātia quadam sed representatione quam volūtas ex ꝓprietate aliqua in ipsis cōstituit: vt dū tympanū pro certamine ponat: eo qꝛ milites ipo ad pugnam excitantur: gladius pro iustitia qꝛ eius exercende instrumētum fit. Et in his natura plurimū suffragatur: representatione causam pro effectu ꝛ rursus effectum pro causa sumens: vt de quolibet causaꝝ genere superius dictū est ꝛ exempli causa de efficiente. Architectum pro domo: ꝛ effectum pro causa vt glatiem pro frigore ponamus. Itē sartorem pro tunica ꝛ tunicam pro sartore. Sed he norme sunt faciendaꝝ realium imaginuꝫ: cōmixtim qppe eadem rōne dictionū significatiuaꝝ: ꝛ reꝝ per eas significataꝝ imagines sunt Voces eteniꝫ sunt signa reꝝ: quare si reꝝ imagines habemus illa quoqꝫ sint vocum oportet: alioquin conceptam rem per imaginēqꝫ in sede sua collocatam exprimere non possemus. Si namqꝫ imaginē domus posuero nihil inter est an pro dictione que est domus: an pro re existēte ex lapidibus ꝛ lignis sumpsero: secus qdem in non significatiuis ꝛ sincathegorematibus: ꝛ dictionibus secundaꝝ intentionū que alias imagines expetunt. Sed ad reales nunc ex superiorib⁹ aditus patet que nāqꝫ sola re ꝯueniūt imagines cum imaginato ex transumptione: corporis gestu loquela ꝛ

Represētatio

Reales imagies

